CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM
AVGVSTINI BEROII BONONIEN.
I. C. PRAESTANTISSIMI

Volumen Primum,

Pontificij iuris, Contractuum, ſeu Diſpoſitionum inter viuos materias diſtinctè continens,

HAC POSTREMA EDITIONE AB innumeris erroribus repurgatum.

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.

Venetijs, apud Franciſcum Zilettum.

M. D. LXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILL.MO AC REV.MO DOMINO
D. HANNIBALI DE CAPVA
SEDIS APOSTOLICAE
apud Sereniſſimum Venetorum Imperium Legato ampliſſimo

CVM inſtitutum illud ſemper probaui, libros, qui in vulgus exeunt, iis commendandi, qui & auctoritate, & generis nobilitate excellant, quò aduerſus maleuolorum calumnias quodam veluti Aiacis clypeo protegantur; tum verò iis ipſis, qui eo de genere, quod in libro pertractatur, prudenter diſſerere, acuteq. diſputare ſciant, commendari debere, ſemper exiſtimaui: eorumq. qui vel ſua, vel aliorum monumenta, perſonarum nulla prorſus ratione habita, ei, qui primus in mentem venerit, modò auctoritate polleat, credere ſoliti ſunt, conſilium numquam laudaui. non enim id agunt quod uolunt, vt is, cuius tutelæ liber creditur, poſſit eum, ſi ſe obtulerit occaſio, ſartum tectumq. ſeruare. vt enim cœcus de colore nequidquam iudicat, ita, ſi Theologicum (verbi gratia) librum ei, qui licet aliarum artium cognitione egregiè inſtructus, Theologiæ tamen rudis ſit, nuncuparis, quid, quæſo, efficies, quò tibi ipſi tuæq. voluntati ſatisfacias? Hoc ego cùm optimè norim, cumq. valde mihi cauendum ſit, ne in eam, quam deuito, foueam incidam, cùm excellentiſſimi præclariſſimiq. Iuriſconſulti Auguſtini Beroi Conſiliorum volumina mihi denuo edenda, emendatioraq. ac lectu ſpecioſiora publicanda eſſent, faciundum mihi putaui vt ea ſatis apto munirem patrocinio. Te igitur Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Præſul ex omnibus vnum, optimo iure delegi. tu enim; quod omnibus conſtat; generis nobilitate, ſplendoreq. mirificè fulges. Cùm namque in præclariſſima, nobiliſſimaq. ciuitate Neapolitana ſupremi omnium ordinis ſis tu, tuiq. omnes vniuerſi, an vulgare, contemnendum've putas, familiam tuam eſſe in principibus ampliſſimæ omnium in ea ciuitate Nidi (quam vocant) ſeſſionis? Tantum verò abeſt vt à maioribus tuis omni decore, gloriaq. affluentibus, ad te ornandum quidquam haurias, ut etiam iis ipſe non exiguo ſis, ac futurus etiam ſis ornamento. Tuas enim omnes curas, omnesq. conatus ad litterarum ſtudia ſemper adhibuiſti, cumq. ſingularem atque excellentem in omnibus facultatibus, præcipuè verò in diuinarum huma-

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AVGVSTINI BEROII
IVRISCONSVLTI BONONIENSIS
CONSILIORVM
Volumen Primum.

SVMMAE.

1 *Imperator in quo loco ualidè coronari poſſit, & debeat, & an extra urbem Romanam.*
2 *Pontificis electio etiam in alio loco, quàm in eo, in quo defunctus fuit, ualidè fieri poteſt.*
3 *Coronæ Imperatoris quotuplex, & in quo loco, quomodo, & à quibus illas accipiat, & num. 5.*
4 *Imperatoris coronatio non fit de neceſſitate, ſed cauſa honoris, & cuiuſdam ſolemnitatis, & num. 10.*
6 *Papa, & Imperator ſunt duo ſupremi Principes, qui ſimul concordantes omnia poſſunt.*
7 *Solemnitas aliàs requiſita ratione iuſtæ cauſæ, & utilitatis publicæ omitti poteſt.*
8 *Forma omnis, & ſolemnitas ſubſtantialis actus Papæ, & Imperatoris non afficit.*
9 *Facta à Principe non poſſunt ex defectu formæ, & ſolemnitatis inualidari.*
10 *Coronatio Imperatoris ſæpius fuit quoad ordinē, & locū alterata.*
11 *Et ea eſt de iure poſitiuo.*
12 *Papa, & Imperator ad obſeruantiam iuris poſitiui plenè etiam abſque iuſta cauſa non tenentur.*

EPITOME.

Imperatorem corona aurea poſſe per Papam alibi, quàm in vrbe Romana ualidè coronari, hic oſtenditur.

CONSILIVM PRIMVM.

Dei Opt. Max. auxilio inuocato.

Cupiens ſatisfacere petitioni R. D. mei, id, quod uerū fore exiſtimo, pro ingenij mei uiribus exponā, me tamen correctioni R. do. ſuæ, ac cuiuſlibet rectius ſentientis ſubijciendo. Prætermiſſis itaq; pluribus, quia dici ſolet, in multiloquio nō deeſſe peccatū, ac in paucis ēē ueritatē conſiſtere, uidetur de iure poſ-
1 ſe concludi, † quòd Papa per ſe, uel legatos ſuos, præſertim exiſtente aliqua iuſta cauſa, poſſit Imperatorē, ſeu Regē Romanorū canonicè electū, extra urbē Romanā, ubi ſibi, & Imperatori uidebitur, coronare, nō obſtante quacunq; alia conſuetudine, ſeu diſpoſitione contraria. Nā quamuis proprius locus coronationis ſit ciuitas Romana ob nonnullas ſolennitates, & ceremonias, quæ ſunt in illo actu ſeruandæ, ut in cle. romani. de iureiuran. & uoluit Cyn. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. in fin. uerb. c. Adrianus, il 2. 63. diſtinc. c. uenerabilem. de electio. & Bal. in c. 1. in fi. de pac. iuramen. firman. in uſib. feudo. in antepen. col. tū ſi coronatio alibi facta fuerit, ualebit, & nihil, quod legitimè obſit, obijci poterit. Hanc cōcluſionē ſequuti fuerūt quamplurimi docto. qui hoc expreſsè tangunt, inter quos fuit Innoc. in c. uenerabilē. de electio. circa princ. quē refert Domin. de S. Geminiano in c. legimus. 93. diſtinc. & gl. magna in clem. 1. de iureiuran. quæ illū ſequitur, quæ inquit, quòd ſi Imperator in loco debito coronam accipere nequeat, nihilominus ab archiepiſcopo Colonienſi auctoritatē adminiſtrandi poſſet recipere, uel ſua auctoritate ex electione acciperet, idem uoluit Bald. in d. l. benè à Zenone, & ibi Alber. & ſequitur expreſsè Guliel. in clemen. 1. de iureiuran. quē refert, & ſequitur ibi Ioan. de Imol. dicentes, quòd licet Imperator ſit Romæ coronandus, tū poteſt coronā alibi recipere, quia locus non eſt de ſubſtantia, nec de forma actus, ſed modus tantū. c. ſi. de reſtitu. ſpolia. locus enim, & tēpus ſunt concomitantia caſuū ſpecialiū, ſed nō generū. c. Abbate ſanè. de re iudica. in 6. in fi. Bald. in l. 2. in fi. 2. col. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. presbyteri. C. de epiſc. & cleri-
2 cis, & † ita uolunt Hoſtien. Archi. Goffred. & cōiter cæteri docto. ut refert, ac ſequitur Petrus de Anchar. in clemen. ne romani. de electio. in §. ſanè. quamuis iura uideantur certū locū in electione Pontificis exigere, uidelicet locū, in quo defunctus fuit, ut in c. ubi periculū. de electio. in 6. & in d. clem. ne romani, tamen non eſt de ſubſtantia electionis, quin ualidè fieri poſſit in alio loco, ubi magis expedit, & cōgruit, maximè exiſtente cauſa, ut per eos: ergo ſimiliter concludēdū eſt tam de electione, quàm de coronatione Imperatoris, quia non eſt diuerſa ratio, & iura minus illā ad certū locū, quā Papæ electionem aſtringunt. Hanc eandē ſententiam expreſsè etiam ſentiunt Laurē. & domin. Cardin. in clemen. præallegata. in 16. notab. dicētes, quòd licet ſuper altari, & ſic Romæ in eccleſia Sancti Petri conſecretur, coronetur, & iuret, tamen hoc nō eſt ita de ſubſtantia, quin hæc poſſint alibi fieri, quia hi ſunt quidam modi debiti. Hoc idem uoluit Alber. de Roſa. in ſuo dictionario, in uerb. corona dicens, quòd
3 † Imperator triplicem coronam recipit, primam argenteam in Alemania, ferream in Modoetia Comitatus Mediolani, & auream in diuerſis locis. gloſ. tamen & Doctor. in d. cle. 1. de iureiur. aliter uidentur loqui reſpectu qualitatum coronarum, quia uolunt, quòd Imperator ferreā prius accipere debeat in Alemania, ſed iſta euenerunt ex diuturnitate temporis; quia primo Imperatores ſoliti erāt coronari corona argētea, deinde ferrea, hodie uerò prius coronantur corona ferrea, ut dicit do. Card. in d. cle. 1. in fi. in 2. col. in verſ. quæro quia &c. & Alber. in d. l. benè à Zenone in
4 8. col. dicit † has coronationes fieri honoris, & cuiuſdā ſolennitatis cauſa, non autem neceſſaria. Idem te-

mē illa debuit etiam prodeſſe heredibus Chriachi ex
10 maioritate rationis, † quod argumentum procedit etiam in gratiis, ut probatur in l. ex facto. ff. de uulga. & pupil. & argumento iuris multo magis C. de ſacro ſanct. eccle. ergo multo magis debet dici conceſſa hęredibus dictorum ſequacium, ac etiam dicti Chriachi, qui nunquam fuerunt rebelles, ſed ſemper ſub fide, & deuotione ſanctę matris eccleſię remanſerunt, & ideò ex hoc in terminis noſtris dicta gratia, ſeu priuilegium reſtitutionis debet etiam dici reale,
11 attenta ratione in eo aſſignata, ac etiam quia † in dubio ſemper debet præſumi reale, & non merè perſonale. 12
l. forma. §. quanquam. ff. de cenſibus. glo. in ſumma 25. queſtio. 2. ex quo ſequitur, quòd tranſire debet etiam ad hæredes, maximè in quibus eadem, uel maior priuilegii ratio militat per not. per Bart. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quiſque iur. & l. in fin. ff. de iure immunit. Dyn. in regula priuilegium de regu. iur. in 6. & Alex. in l. 1. ff. de conſtit. princip. Et ita concludendum eſt in caſu noſtro.

Laus Deo.

Conſiliorum clariſsimi, & excellentiſsimi Iureconſulti Auguſtini Beroij Bononienſis volumen primum explicit.